



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Vt presbyteri vas mundum habeant vbi corpus domini cum diligentia
recondatur. ix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

oleum, & odora menta ad incensum, & cætera quæ apud
constituerunt super altare offerantur.

Nihil in sacrificio præter quod dominus statuit offerendum. Cap. VIII.

*Ex cano.
apostolo.
cap. 3.*

SI quis episcopus, aut presbyter, præter ordinationem
mineralia quædam in sacrificio offerat, super altare, id est
aut mel, aut lac, aut pro vino siceram, aut confecta quædam
aut volatilia, aut animalia aliqua, aut legumina, contra con-
stitutionem domini faciens, deponatur.

Vt presbyteri vas mundum habeant, vbi corpus domini cum diligentia recondatur. Cap. IX.

*Ex cõcil.
Turone.
cap. 4.*

VT omnis presbyter habeat pixidem, aut vas tanto
cramento dignum, vbi corpus domini cum diligentia
recondatur, ad viaticum recedentibus à seculo. Quæ tantæ sac-
oblatio intincta debet esse in sanguine Christi, vt veteres
presbyter possit dicere infirmo, corpus & sanguis dñi pro-
ficiat tibi, &c. Semperque sit super altare obserata prop-
mures & nefarios homines, & de septimo in septimum die
semper mutetur, id est, illa à presbytero sumatur, & illa
quæ eodem die consecrata est, in locum eius subrogetur,
fortè diutius reseruata, mucida, quod absit, fiat.

*Vt presbyter Eucharistiam in promptu habeat.
Caput X.*

*Ex cõcil.
Vvorma.
cap. 5.*

VT presbyter semper Eucharistiam habeat paratam
quando quis infirmatus fuerit, aut paruulus infirmus
fuerit statim eum comunicet, ne sine comunione mori-
tur.
*Tot oblationes quot populo sufficiant offerendas, reliquias
crastinum non reseruandas. Cap. XI.*

*Ex epist.
Clemētis
pa. c. 28.*

Certè tanta in altari holocausta offerentur, quanta
populo sufficere debeant: quòd si remanserit in crastinum
non reseruentur, sed cum timore & tremore clericorum
diligentia consumantur. Qui autè residua corporis domini
quæ in sacrario relicta sunt, consumunt, non statim ad con-
munes sumendos cibos conueniant, nec putent sancti
portioni commiscere cibum qui per aqualiculos digeritur
in secessum emittitur. Si igitur mane dominica portio
vsque ad sextam ieiunet ministri qui eam cõsumperint. Et
tertia vel quarta hora acceperint, ieiunent vsque ad vesperam.
Sic secreta sanctificatione, æterna custodienda sunt
cramenta.